



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 201. Quænam censeantur justæ causæ officii sine peccato mutandi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

rem inculpatum orarit unum Officium pro alio, non teneri quicquam repetere: putat tamen *Abelly*, si quis loco officii Dominicæ recitasset de Festo, teneri compensare ex primo Nocturno Dominicæ novem psalmos, ne tam notabilis pars Officii intermittatur, sed obligationem illam negat cum aliis Carden. n. 73., quia quamvis minus recitarit, tamen recitavit Officium, quale communiter recitatur in Ecclesia, adeoque implevit substantiam præcepti. Si quis autem Officium semiduplex recitaret sub ritu duplici, multò minus peccaret graviter, Gob. n. 607. contra *Lezan.* & *Neusser*, Ratio est, quia non repugnat graviter fini legis, cùm Officium non sit notabiliter difforme, nec sit inusitatus modus recitandi in Ecclesia.

Q. 201. Quænam censeantur justæ causæ officii 1252

sine peccato mutandi. R. Enumerantur sequentes,

1. Si habeas peculiarem devotionem erga aliquem Sanctum aut ad peculiare Festum, *Onuph.* *Laym.* l. 4. T. I. c. 5. n. 3.; sed id communiter non sufficit, quia optima devotio est se conformare præscripto Ecclesiæ.

2. Si existas alibi, ubi fit Officium diversum à tuo, *Laym.* *Bonac.* *Gob.* in *Exp.* T. 5. n. 602. & 911.;

quod etiam dicit n. 605. cum *Tamb.* & *Stoz.* l. 1. p. 3. n. 386., quamvis non diu sed peregrinando alibi existas, imò si destinaris cras esse alibi, putat *Tamb.*

in *Decal.* l. 2. c. 5. §. 2. n. 25. te posse hodie dicere Vespertas & Matutinum secundū illud alterum Officium; Item, si in patria tua fuisset translatum Officium, & postea esses alibi, ubi celebratum est, secundū *Tamb.* n. 26., quamvis posses, tamen non

tenereris illud reassumere, sed posses te accommodare huic loco; Item, si heri recitasti Matutinum de feria, & cras venias ad locum, ubi est Festum, secundū *Luge* & *Gob.* n. 644. poteris pergere de hoc

1253

Rr 4

Festo

1254 Festo orare 3. Si habites cum Religiosis , vel obeas exercitia apud illos , putat *Gob.* à n. 636. te posse orare de Sanctis in ea domo tunc occurrentibus. 4. Si sis

Capellanus Monialium, poteris orare de Sancto, de de quo agunt *Moniales*, & de quo debebis Missam legere , ut sic *Officium* tuum concordet cum Missa : Imò *Capellanus* talis videtur æquiparari beneficiato, qui potest recitare *Officium Ecclesiæ* cujuscunque, in quo habet beneficium , *Quintanad. Tamb.* n. 32. &

1255 37. *Stoz* n. 386. *Gob.* à n. 625. 5. Si velis compensare *Officium* omissum , *Gob.* n. 638. 6. Si multùm processeris in *Officio* indebito , poteris continuare errorem , si velis , *Quintanad. Caram. Gob.* n. 642., quamvis melius sit non continuare. 7. Si sit necessitas repentina studendi , concionandi, docendi &c., putant *Nav.* & *Sanch.* in *Conf. l.* 7.c.2.d.25. te posse præoccupare brevius officium: imò *Tamb.* n. 20. *absolutè* dicit rationem studii sufficere ad mutandum : Addit *Pharr.* si sis Religiosus, te posse *Officia* longiora anticipare diebus, quibus abundas tempore , & breviora reservare in tempus occupandum *Concionibus* vel audiendis *Confessionibus*, sed *Gob.* meritò hoc non omnino approbat. 8. Ut adjuvet nescientem orare vel infirmum vel defessum , *Sanch.* Et universaliter dicunt *Tamb.* n. 27. & *Stoz* n. 386., si ex causa recites cum socio , te posse cum ipso recitare *Officium*, si habeat diversum à tuo. 9. Si facias iter longum & necessarium , nec commodè possis legere ex *Breviario*, *Silv.* & *Onuph.* dicunt te posse orare *Officium*, quod memoriā tenes; *Tamb.* *absolutè* dicit iter esse causam justam. Quidquid sit de quibusdam ex his causis, punto gratius esse Deo & magis meritorium , ut, quantum fieri potest , semper oretur *Officium* præscriptum.

1256 1257 Q. 202. *Quid observandum sit circa Officium Dedi-*